

1428 ^{ie. t. Apr.} in Martio vel April:

Ex Ms. Arch. Stam. Aug. Meyni
Collect. Dogelii: 555.

Vitoldi Dotalitorium ueni sua inscriptum cum
sigillo ad instar maiestatis. 125

Alexander alias Witawdus Dei Gratia Magnus Dux Lithua-
-nia Russia, &c. Significamus tenore presentium, quibus expedit Uni-
-versis. Quomodo Sacri Matrimonij, moti caritate, sani mente, et cor-
-pore maturaq; deliberatione, prehabita, Praeclara Principi, Domina
-Juliana, Consorti Nostra Charissima ratione veri, et iusti Dotali-
-tij dicti Vulgaliter Wiano Terram, Castrumq; Novogrodeni Lithuani-
-cum, cum toto Districtu Novogrodensi, cum Bojaris, et His Villis,
-quas quidam Duces tenent, in eadem Novogrodeni Terra, et cum Omni-
-bus alijs Villis et Curijs, videlicet Novosiolo, qua nunc Kubarka ap-
-pellatur; item Hrodccina, Bretena, Bassimo Puolbrecht, Dolaturi
-Subci Ostaszyno Niechniewicze, Polonaia, Korolicze, Swersino,
-Curma, Polonha, Pociapow Lachowo, et Suobr. In Districtu au-
-tem Trocensi Villam Waliniki in flumine Waha qua prius Woydato-
-wo, Siolo dicebatur, et ab eadem Villa, sursum ascendendo fluvium
-eundem Waha; omnes ista Villa ex utraq; parte dicti fluminis usq;
-ad lacum Walei, et ipsummet lacum Walei, cum Curia, qua iacet in
-eodem lacu Walei, et pabulatores, Equorum, qui vocantur Toreniewiczy,
-cum Omnibus, et singulis censibus, redditibus, Contributionibus,
-tributis, Servitijs, utilitatibus, agris, pratis, pascuis, Campis,
-Sylvis, Nemoribus Borvis, Mellificiis, venationibus, aquis, et ea-
-rum decursibus, piscaturis, usufructibus, et proventibus quibus-
-cunq; nominibus appellentur, et quicunq; ad praedicta bona, et
-ad quodlibet praedictorum, ab antiquo pertinebant, et pertinent, ni-
-hil penitus juris, seu Dominij, ab eisdem excludendo, Damus
-assignamus et presentibus inscribimus, primo post mortem
-Nostram, habendi, tenendi, utifruendi et pacifice possidens
-di, ad tempora Vitae suae, pro Salute anima Nostra, operibus
-pietatis, memoriam faciendo, Hoc tamen Specialiter expresso
-et incluso quod dicta Domina Juliana ab obedientia Seve-
-rissimi

Lithuania.

-nissimi Principis Domini Regis Polonia, qui pro tempore fue-
-rit, et a Corona Regni Polonia nunquam recedere, sed sibi fideli-
-ter obedire tenebitur, et debet; post mortem autem, dicta Domina
Juliana, hæc omnia supra dicta bona et hereditates, ad Coro-
nam Regni Polonia, integraliter devolui debeant, et spectare.
Sed Villam Walinili, supradictam cum omnibus ad eam spectan-
-tibus, superius expressis damus, annuimus et volumus, ut præ-
dicta Domina Julianna, Consortis Nostra pro salute anime
Nostræ, et suæ, ut in orationibus perpetua nostri memoria ha-
-beat, Supradictam Villam Walinili, cum omni jure et Dominio
adhuc circa vitam suam vel post, prout sibi melius, videbitur capi-
-dere, ad Ecclesiam propter Deum poterit delegare, et conferre, exi-
-mimus insuper, et omnino liberamus, omnes et singulos Cmetones, et
quosvis Incolas, Castri Districtuum, Curiarum, et Villarum omnium
prædictorum, ab omnibus laboribus, et Angarijs aliorum Nostrorum
Castrorum, et Curiarum, si prius extra suum Castrum Norogrodeli
laborare consueverant, vel servire, ut per amplius a talibus liberi
debent esse, et soluti, Harum quibus Sigillum Nostrum appen-
-sum est, testimonio literarum. Actum in Grodno feria quinta Cena
Domini Anno ejusdem, Millesimo, Quadringentesimo Vigesimo
Octavo. Presentibus Nobilibus et strenuis, Petro Niedziwiedz-
-ki, Muziugio Skrzynski, Nicolao Czebulla, Czechowski, Secre-
-tario Justione, alias ^{Supremo} Trombulo Subiculario. Jurga de Znemoni
et Radwilo Curia Nostra Mareschalis, et alijs quam pluri-
-bus fide dignis, fidelibus Nostris dilectis. Datum per Ma-
-nus Nobilis Nicolai, Matorzyk Secretarij Nostris fidelis
dilecti

Ad Relatōnem ejusdem Dni N Maldrzyk
Nicolaus Scriba.

ca). Cena Dni przypadnie
d. April. poniewaz Pascha
byta w tym roku 4 Eysca

Tahopia przepisana z kopii legalizowanej
w R 1767 z 14 kwietnia w Warszawie podpi-
sem ruki J. P. Jynauy Ludwika Niemcewiczego
Metropolitany Krumygo.

w Warszawie 10 Sierp
1787.

Zaswiadcza Adam Murawski
Bisk. woad Smol. Pisan w w. 1787